



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 108. Amplæ pacis conditiones a Rege Pontifici oblatae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI A. C. 1512. cois suis restauratis exercitum oppido
validum in aciem educeret. Quapropter
 Patrum Senatum præter morem con-
 vocavit, ac Julianum adesse jussit, ut con-
 gregatis totam rei seriem exponeret. Nec
 tamen ejus sermo Cardinalibus omnem
 metum depulit, quapropter adhucdum
 plures eorum Ludovico XII. favebant;
 licet hic ante Ravennatensem pugnam
 Fabricium Carrettam Finariensis Cardi-
 nalis fratrem Romam ablegasset, ut con-
 ditiones pacis omnino proficuas Pontifi-
 ci offerret.

§. CVIII.

*Amplæ pacis conditiones a Rege Pon-
tifici oblatae.**Bembo hist.*
*l. 12.**Raynald.*
hoc ann. n. 24.

Hæ vero pactiones potissimum tres
 complectebantur articulos, qui hucus-
 que præcipuum erant Regem inter &
 Papam simultatis argumentum. Ergo Lu-
 dovicus hæc proposuit, I. Bononia a
 Gallo restituetur Pontifici; II. Pifa-
 ni vicissim promittent, quod suam Sy-
 nodum Mediolanum translata omnino
 extinguere velint. III. (*) Ferrariæ
 Dux

(*) O ludricam Scænam! paulo ante Con-
 cilium convocare pro reformanda Ecclesia o-
 mnino

Dux illata Pontifici damna, injuriamque Sæcul. XVI. A.C. 1512.
 reparabit, dummodo ei a censuris libera-
 to illius ditio denuo reddatur, ac ipse
 pristinis immunitatibus frui permittatur.
 Præter Cardinalem Strigoniensem etiam
 Nannetensis Episcopus, nomine Guibe-
 ritidem Cardinalis, licet hucusque nun-
 quam alicui parti sua studia addixisset,
 vehementer tamen instabat, ut hæ con-
 ditiones acceptarentur; his etiam acces-
 serunt tam validæ Sacri Collegii pre-
 ces, totiusque populi vota, ut Papa eo-
 rum desideriis cedere videretur; quam-
 dam enim pacis formulam die vigesima
 Aprilis firmabat, quam Cardinalibus
 concordie conciliatoribus quantocius
 tradidit, eo etiam tempore Ferdinandi,
 ac Venetæ Reipublicæ Legatos ad se
 venire jussit, eisque significavit, se id
 consilii arripuisse, ut Ludovicum pacis
 spe detentum a reparando ejus exer-
 citu averteret; hac enim via bellum
 priori atrocius parandi spacium ac-
 quiri ajebat.

§. CIX.

maino necessarium jactabatur, nunc vero illius
 dissolutio ad redimendam belli vexam acce-
 pratur.